





EXCELENTISSIMO PRINCIPI;

MAGNANIMO HEROI,

D. D. FR. IOANNI  
THOMAE DE ROCABERTI,

OLIM SUPREMVM SVI DOMINICANI ORDINIS REGIMEN  
Subditorum plausu sceleriter tenenti, Prælato Domestico assistenti Sacro  
Solio ab Innocentio XI. postmodum Archiepiscopalibus Valentini Eccle-  
siae infolis decorato, vel ut verius decoranti, eodem in Regno bis expecta-  
tissimo Pro-Regi, ac tandem Catholicæ Fidei in vniuersa Hispania  
nostra Inquisitori Generali, non sine omnium ac-  
clamatione inaugurato.



OGITANTI Mihi (excellentissime Princeps) dum iam luci præ-  
ratam haberem postremam hanc editionem, & in nostra His-  
pania primam (avidissimè expectatam à primæ literaturæ cul-  
toribus, huius præsertim Vniuersitatis, in qua vti in pro-  
prio centro omnes resident, & nullibi poliori versantur sty-

lo) autem huius voluminis ab Eminentissimo Cardinali D. D. Fr. Henrico de  
Noris, iam pridem, ne dum in Vrbe, sed toto in Orbe, suis per quam eru-  
ditis, & non vulgaribus elucubrationibus notissimo, sed hac præcipuè ore  
celebratissimo omnium, mihi que pluribus titulis venerando, & veris Au-  
gustini filijs pro vicibus plaudendo, & imitando: quippè in qua totus est in  
vindican-do suum, & communem Parentem nostrum præexcellsum Augusti-  
num fidei Catholicæ Magistrum, Ducem, & firmamentum (vt olim Sanc-  
tissimi Pontifices Ioannes II. & Clemens VIII. necnon, & D. Vincentius  
Ferrer, ipsum appellant) cui eam dicarem, statim animo infedit non alte-  
ri nisi Catholicæ Fidei clavum moderanti in hac nostra Hispania dican-  
dam teneri; & merito quidem, quippe cum totus sit Auctor, vt dicebam, &  
præsertim operis inscriptio, imo nulla est in eo linea, ne dicam verbum, quod  
id non restetur, in stabilien-da videlicet, firmanda, vindicandaque fidei nos-  
træ primaria columna (itè à pluribus Pontificibus, Concilijs, & Patribus  
passim acclamatur, & merito, præcellsum Patris Augustinus) dum mi-  
nus prudens æmulatio eam è medio, vel tollere, saltemvè infirmare  
conatur, tot iacula in eam vibrans, quot censuras profert. Mirum factum dum  
hoc à Catholicis effectum, nec nisi qui legerit credet, & legendo, nisi qui  
saxeus à lacrymis temperabitur, vt olim ille in non ita stabili causa aiebat.

*Quis talia fando temperet à lacrymis?*

Supremo, inquam, & integerrimo Iudici nuncupandam fore iudicavi, & merito equidem, quippe, cui pro vnica incumbit stabile nostræ fidei

*Virg. Bucid.  
lib. 2.*





DISSERTATIO HISTORICA  
DE SYNODO QUINTA  
OECUMENICA

IN QVA

ORIGENIS, AC THEODORI MOPSVESTENI PELAGIANÆ  
*scholæ Doctorem iusta damnatio exponitur, & Aquileiense  
Schisma describitur.*

PRÆFATIO

*Occasio, atque argumentum vniuersi operis.*



Riginem Pelagianorum Principem fuisse non modò Patrum testi-  
monia evincunt, verumetiam id ipsum ex eiusdem libris initio  
Historiæ Pelagianæ ad oculum nobis monstratum est. Theodorū  
quoque Episcopum Mopuestiæ pro Pelagiano dogmate contra  
D. Hieron. atque Orthodoxos scripsisse, ac Iulianum Eclanen-  
sem ex Italia profugum humaniter excepisse, eumque novis ad Augustinum op-  
pugnandum suppelijs instruxisse, quæ harum rerum Scriptoribus incomperta  
fuerant, ex Phisio, & Mario Mercatore libro priori eiusdem operis cap. 9. & 22.  
ostendimus. Vtrobq; veidò anno 353. a Synodo. V. Oecumenica damnato, Pela-  
gianæ scholæ in antiquorum magistrorum proscriptione infamia parvit, quæ  
olim cum Pelagio, Celestio, ac Iuliano Catholico Orbe exacta fuerat. Verum  
nupece novus Origenis advocatus emerfit, qui facta, vt ipse ait, *ad Veritatem appe-  
llatione*, antiqua Patrum decreta irritans damnati hominis causam retractare  
non ex timuit, qua etiam occasione Theodorum Mopuesterum eodem igne sa-  
cro fulguritum defendendum suscepit. Petrus Halsoix Leodionis ingenti appa-  
ratu rem aggressus est eo ardentiori erga Adamantium studio, quo potentiori-  
bus ille hostibus premebatur. Non lata à Synodo. V. contra Originem, ac Theo-  
dorum sententia, non concors eam in rem Summorum Pontificum consensus  
hominem ab incepto revocare potuit, imò, & Synodum ipsam sibilis, ac male-  
dictis persummatu temeritatem excepit, & Romanorum Præsulum decreta ne-  
pili quidem fecit. Synodus V. collatione VIII. canone XI. ait: *Si quis non anathe-  
matizati, ac Aciuri, Euumium, Macedonium Apollinarem, Nestorium, Eutychem, & Ori-  
genem cum impijs eorum scriptis, & omnes alios hereticos, qui condemnati sunt, & ana-  
thematizati à Sancta Dei Catholica, & Apostolica, Ecclesia, vel prædictis sanctis quatuor*

VINDICIAE  
**AUGUSTINIANAE**  
 QVIBVS

S. Doctoris scripta adversus Pelagianos à Recen-  
 tiorum censura asseruntur.

P R A E F A T I O.



Eminem non mirari existimo, tantam fuisse quorundam re-  
 centium Scriptorum, ut mitissimè loquar, animositatem, qua  
 Augustinum maximum illum Catholici Orbis Magistrum edi-  
 tis libris impetere ausi sunt, ut eiusdem defendendi necessitas  
 ijs imponatur, qui illum impensius colunt. Et quidem iam

à de ab exorientis mali primordijs Maiores nostri, qui ex vitæ institu-  
 to Augustinum uti parentem sanctissimè verebantur, crumpentem no-  
 vorum censorum audaciam reprimere conati sunt. Ludovicus ab Angelis  
 insignis apud Olysiponenses factorum arcanorum interpret Sancti Doctoris  
 auctoritatem à plurius calumnijs vindicavit, & Sanctorum Patrum elogia ei-  
 dem ob Pelagianos, à Semi-Pelagianos expugatos delata singulati diligen-  
 tia congelsit, vnde postea eadem ceteri mutarunt. Sed cum malum quotidie  
 glisceret, atque in scholasticis Recentiorum quorundam disputationibus Au-  
 gustini doctrina in ijs præsertim quæstionibus, quas cum divinæ gratiæ hosti-  
 bus idem habuerat, passim traduceretur, ita ut summus Ecclesiæ Doctor in or-  
 dinem propediem reducendus videretur, Basilius Pontius Legionensis magnus  
 apud Salmanticenses Theologus non modò suos Augustinenses, verumetiam  
 sapientissimos Dominicane familie Patres, ipsamque Salmanticensem Aca-  
 demiam in Augustini partes traxit, quo veluti lucenturiato præsidio Sancti  
 Doctoris auctoritas adversus Recentiorum impetus muniretur. Hinc Pontio  
 autore Salmanticæ anno. 1627. famosum illud fœdus ictum est, ea præcipuè  
 conditione, ut qui Theologica laurea donandi forent, concepto prius iura-  
 mento Augustiniane doctrinæ defendendæ se se adstringerent. Ea nobilissimæ  
 Academiæ factò Augustiniane auctoritati satis consultum videbatur, præser-  
 tim cum sacra etiam Lovaniensium Theologorum Facultas iam pridem in Au-  
 gustini verba iurasset. Ceterum exortis Iansenianis dissidijs plerique longè

*lib. 5. de  
 vit. Aug.  
 cap. 144  
 et 156*

*Pœtarum  
 Apolog.  
 in amz.  
 Salmæ.*